



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confitendi Ratio Doctoris Martini Lvtheri Avgvstiniani  
Vvittenbergensis**

**Luther, Martin**

**Vvittenberg[a]e, 1520**

**VD16 L 4238**

Qvartvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33377**

omnino pronunciare, sicut inuenit sese affectum, sicut vellet, si nulla esset pena, nullus deus, nullum preceptum &c. ac sicut diceret in aure secreti cuiuspiam amici, vbi nihil pueret oia sua reuelare imo sicut secum vellet, liberrime de suis loqui vitijs ita loquatur coram deo, qui multo magis nos diligit quam ipsi nos.

Nam si quispiam sese non inuenit serio affectum bono proposito, nescio an tutum sit confiteri, Hoc scio, melius sibi esse, si abstinere a confessione. Nec in hoc preceptum Ecclesie curandum esset villo modo, siue excommunicet siue minus, melius est Ecclesiam ibi non audire, quam in periculum suum, ad deum cum ficto corde accedere, quia hic contra deum, ibi contra Ecclesiam tantum peccat, si tantum peccat, isto casu, Ecclesiam non audiendo, Quandoquidem Ecclesia nihil habet mandare, in quo sit periculum anime, & semper est exceptus articulus eius modi a preceptis Ecclesie. Quicquid enim precipit ipsa, pro deo & anime salute precipit, presumens hominem esse capacem precepti sui & idoneum ad impletionem, que presumptio si fallitur, preceptum quoque non tenet, cum contra dei precepta (que conscientiam ligant) statuere nihil possit.

Timendum certe, multos Ecclesiam sibi precepti timore accedere, quibus tamen vita prior mala ex corde placet.

### ¶ Q VARTVM.

¶ Q<sub>2</sub> si inter angustias deprehensus, formidet abstinere, & camen sentit (si vere velit loqui) sese carere affectu bono proposito vite. Hic quod vnum reliquum est apprehendat, & prophete consilium audiat, d. Effundite coram illo corda vestra, ac prostrati plene confiteatur deo, totum malum cordis sui, & oret & optet bonum propositum. Imo quis tam superbus, ut hoc consilium sibi non putet necessarium: cum nullus tanto sit proposito bono, quanto debet esse. Ideo secure peccat a deo, quod sentit se non inuenire in seipso, donec serio & vere incipiat sibi placere vite melioris species, & sua displicere. Non enim doctrina illa, de proposito bono formando tradita ac passim inculcata, sunt intelligende, quod homo ipse ex sese id formare & laborare debeat (hec enim intelligentia, mors est & perditio. Et sicut ait ille, Mors in olla o homo dei, licet heu, plurimi in ea misere excarnificent, sed ad impossibilia tendere docti) sed desperando plane, atque effundendo cor coram deo, dicere, Domine deus, Non habeo quod debeo, nec possum. Da quod iubes & iube quid vis, Sic enim Aug. orat in confessione.

A ij

*Madam ante*

*Nota boni*